nasze mosty drzewo barzo drogo kupować y daleko wozić mu-
szą, przeto przyczyniali się do konstytucyi koronnych o rewi-
dowaniu ceł wszelkich dawnych wiernie. Wasym roskazaliśmy abyście
przed Seymem teraźnieyszym według powinności swey do tamte-
go miasteczka Kliszczel zjechali, a tam mieysca błotne y
nieprzebyte na których mieszczanie mosty budują, oglą-
dali. A gdzieby więc mieszczanie tym mostowem podołać te-
mu kosztowi nie mogli, abyście nam zdanie swoie napisali
sposoby im bes wagi ludzkiey tego mostowego podwyższenia
być mogło. Co na Seym blisko przyszły nam wiernie poda o-
dłożycie. a tam my stany koronnymi o tym dalszy rozsą-
dek y postanowienie uczyniemy. Pod łaską naszą y s
powinności urzędów swych inaczey nieczyniąc.

## Donatio certorum fundorum collegio Societatis Jesu

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quod postquam in animum induxissemus, ut in civitate nostra
Leopoliensi utpote totius Russiae Metropoli Collegium Societatis Jesu
in laudem et honorem omnipotentis Dei erigeremus, quam in rem fun-
dos omnes a Civitate Leopoliensi inordinate alienatos Patribus
eiusdem Societatis Jesu assignaveramus, et contuleramus prout
prior concessio nostra de iis latius obloquitur. Nunc porro cum
iam legitimo Judicio constitit quod loca, qui fundi et quae areae
eiusmodi inordinatae alienationi sunt obnoxia, atque per literas
nostras Magistratui Civili iniunctum est, ut easdem domos et areas
ex possessione Judaeorum qui ad occupandas eas idonei non fuerunt re-
ciperent: quibus recuperatis nobis tandem, vel ei cui id permi-
serimus, de ipsis cum Magistratu agendi facultatem eodem decreto
reliquimus. Itaque eidem priori concessioni tum et decreto nostro in-
haerendo atque pium nostrum propositum ad effectum deducendo, omnes
et singulas areas praefatas decreto nostro declaratas, ut pote
domum et aream in qua ad praesens Vislaczowicz Ju-
daeus residet, alteram cuidam Isaaco seu Iworka venditam
Tum testitudinem muratam Isaaco Nachmanowicz venditam
aream Jacobo Muszowicz alienatam, et aliam itidem Josepho

Salomonowicz inscriptam, partem areae olesko Miti Synagogo concessam, Areas omnes quascunque circa domum olim Isaaci Nachmanowicz ultra Aream olesko cum consensu Serenissimi Regis et Urbani antecessoris nostri eidem Judaeo inscriptam repertae fuerint, Nec non domum lapideam Marco Isaakowicz venditam eisdem Patribus Societatis Jesu concessimus pro iure nostro, damus, donamus, permittimusque, ut de illis iuxta + decretum nostrum (quoad recompensam structurarum) cum magistratu Civitatis Leopolien agant atque componant. quod posteaquam factum fuerit, nos eas omnes domos et areas iam exemtas eidem collegio Leopolien adiungimus, et ad omnes immunitates Ecclesiasticas adscribimus et incorporamus temporibus perpetuis. quoniam autem eodem decreto nostro Synagoga certa citra consensum Serenissimi antecessoris nostri in loco eodem per Magistratum ad Judaeos alienato, per Isaacum Nachmanowicz exstructa, legibus sic disponen, fisco nostro adiudicata est, Ideo bare Synagogam cum omnibus aedificiys et structuris eisdem Patribus iam exemtae dedimus, donavimus damusque et donamus temporibus perpetuis. Das et concedei eisdem Patribus plenam et omnimodam potestatem, et facultatem eandem Synagogam tum et domos atque areas superius expressas omnes in usus collegii eorum prefati convertere, et si id ex re eorum fuerit vendere atque permutare. Non derogat quidquam eidem prius concessioni nostrae quoad alios quosque fundos, si qui adhuc ad Judaeos inordinate alienati reperti fuerint, posteaquam id legitimo Judicio constiterit. In cuius rei fidem etc.

## Mandatum ad cives Leopol

### Sigismundus etc

Famatis Proconsuli Consulibus Advocato Scabinis totique Communitati Civitatis nostrae Leopolien Fid, nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Famati Fid, nobis dilecti. notum est Fidis vestris, pium nostrum propositum erigen collegii Societatis Jesu in illa Civitate quo multis aliis Civitatibus exemplo devotionis praelucet. Cum vero ob angustias Civitatis illius alibi locum commodiorem non inveniremus, necessarium nobis erat facien, ut loca certa per Fid, vras ad Judaeos inordinate alienata huic rei destinaremus. quo ut Magistratus civilis de manibus modernorum possessorem vendicet atque recuperet, iam id eodem per decretum

320